



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Improbitas edomita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

Phil. eadem  
3. 4. c. 25. &  
26. & Arist.  
1. 2 de histo.  
anim. c. 7.

maq; aliquot quorum quotidianus esset usus ita insignirent, ut in summa potioreque parte Ciconiam praefigerent ex aere, vel ex auro argentove factam: inferne vero ungulam Hippopotami susceperent, quod impietati praefendam esse pietatem indicarent. Species vero unguularum iis est, quales Bubus, licet dorsum, juba, & hinnitus Equi sit, unde illi nomen. Inest praeterea talus bifulcorum: motus, dentes ut aprorum exerti, leviter tamen: rostrum resissimum, apri cauda etiam, magnitudo & interiora Afini, tergoris crassitudo tanta ut ex eo venabula fiant, & scuta galeaeque impenetrabiles, si humore madeant, munire possit.

IMPROBITAS EDOMITA.

CAP. XVII.

VIRTUTI CEDIT IMPROBITAS.

Celebratissima vero est species illa, quae visebatur olim Hermopoli: ea scilicet pictura, ut Hippopotamus esset, supra quem sculptus erat Accipiter cum serpente dimicans. Cujus argumenti significatum id esse tradunt Aegyptiarum literarum periti, ut Typhonem ab Osiride vi domitum, cum de principatu certamen conseruissent, intelligendum autem: per fluvialem Equum, Typhonem ab Osiride vi domitum: per Anguem, principatum interpretantes, atque ita improbitatem potiores sibi partes asserere conantem, virtuti demum cedere subinnuant. Eadem de causa cum sacra faceret eo die quo Isis adventus Phoenicia celebratur, fluvialem Equum religatum libis incescere per ludibrium conserat. Non dissimularim hic Aureoli tyranni tumulum ad pontem Aureolum Insularum superesse, a Claudio Caesare sex eleanorum versuum Epitaphio nobilitatem, in cuius conditorii parte prima Hippopotamus sit incisus, quem serpens cauda mordicus apprehensa complectitur. Id puto significare tyrannidem tandem temporis spatio domitam. De Aureolo enim, qui Gallieni tempore cum plerisque aliis tyrannidem arripuit, plura legas apud Trebellium Pollionem, & Julium Capitolinum. Epigramma tumulo inscriptum a Claudio Imp. ita fertur:

Aureoli tyranni tumulus, & Epitaphium.

Κλαύδιος ὁ Αὐρεολῶν κτ' ὄθιον ἄρξεν αἰσίου  
τὰ κτερεῖα θνητῶν ὡς ἡμῖς ἐδίδου.  
τῷ γὰρ καὶ ζῶντι δ' ἔκ' ἐπέλασσε φρονήματα  
πᾶσιν ἀπὸρρήτοις τῷ στρατῷ ἀντίθειον.  
Κεῖν δ' ἐξ ἀκλήμων καὶ σάματ' ἔχρατ' ὀπίσθεν  
Αὐρεόλα, γέφυρσι ἑσῶτα πηδὲ ταφῆν.

HORATIUS  
Hieroglyphicum.  
Equus fluvialis.  
Hac à Matheo in  
Diosco. lib.  
2. c. 22.  
Unde Graeci  
omnes frum  
Aus astuos  
Horas dicunt,  
& tempus  
maturitatis per  
excellens  
ambrosiam.

HORAE. CAP. XVIII.

Horas etiam Aegyptii sacerdotes per fluvialem Equum significare soliti sunt: qua vero de cauda id faceret, neque Horus scripsit, neque nos apud quempiam traditum invenimus. si quid tamen ariolari liceat, dixerim ego, qua depascit segetes, destinatione, ut ferunt, ante determinatas in diem non enim uti Boves & pecora reliqua, hac illac errabundi modo hic modo illic aliquid carpunt, sed tamquam messorum ad opus certum conducti, suam unoquoque die partem pabulantur. Horae vero nomen plerumque pro tempore cuiuscumque maturitatis accipitur, cuius apud Graecos apertissimum est significatum. Cum vero ita pabulatum prodit, ea utitur astutia: ut vel ex agro ferentibus vestigiis progrediatur averfus, ne qua revertenti insidiae comparentur. Vel ea forte de causa horas indicare dictus, quod diem & noctem duplici natura ditimetur: siquidem interdum in imis aquis latet, nocturno in terram egreditur. Apud Aegyptios autem nox cum die pari propemodum horarum numero affluat dispersitur.



A  
E  
S  
à  
ri  
B  
ta  
in  
la  
pe  
un  
U  
pa  
qu  
C  
M  
P  
ta  
to  
fci  
no  
da  
fco  
qu  
m  
ro  
A  
in  
E  
qu  
E